

---

#### IV. — PREFAZIONI ALLE « TAVOLE DEL PRIMO MOBILE ».

A) Edizione latina 1604 — “Io Antonii Magini Patavini Mathematicarum in almo Bononiensi gymnasio Professoris Tabulae Primi Mobilis quas Directionum vulgo dicunt. — Venetiis apud Damianum Zenarium MDCIII”.

[La licenza ecclesiastica per la stampa è del 6 novembre 1603; la dedica a Rodolfo II, di Bologna 6 febbraio 1604].

Nell'avviso: “Io Antonius Maginus patavinus benevolo lectori, sono spiegate le ragioni del ritardo col quale l'opera appare. Precedono sei righe senza importanza, indi:

“Quod autem a tot annis promissum hoc Directionum opus iam primum non ediderim, effecit partim non oblata mihi satis commoda Thypographi cuiuspam occasio, partim meum in aliis operibus, quae una ad finem perducere conabar, promouendis studium. Nam uno quasi eodemque tempore et praesens hoc opus et illud Primum Mobile, necnon alium de Instrumentis Mathematicis Librum, cuius quaedam adhuc pro sculptura restant imperfecta, et totius Italiae Geographiam, quotidiana Gymnasi cura non parum insuper distractum, continuo urgebam. Nec vero incassum omnino laboravi: nihil enim de Primo Mobile, nisi matura Bibliopolae, cui illud commisi, et cura et editio desideratur. Italiam autem hanc nostram ad quinquaginta et quatuor Tabularum perfectionem, solis sex adhuc pro sculptura reliquis, hucusque perductam, tot fluctuantium adversitatum procellae disturbarunt, ut malo mio fato vix unquam me tot molestiis circumuentum ad finem aliquem perventurum sperarem. Vt mirum nemini videri beat nos Italos parum in Geographia pro sculptorum in Italia inopia proficere.

Ego, cum primum hanc Italiae describendae prouinciam suscepi, Arnoldum quendam de Arnoldis Belgam habui, qui non exiguum tabularum partem, quinque plus minus annis, quibus meis sumptibus domi meae vixit, praeter nonnulla Instrumenta matematica, postremo etiam anno a fratre suo Jacobo non parum adiutus, confecerat; nec tunc quo minus omne negotium praesto absolverem, quicquam me, nisi locorum aliquot designationes, quas summo labore consequi tandem vix potui, detinebat; cum ecce tibi quidam fortunae meae invidus, qui Senis aliorum Geographias depravatim resculpi curat, uberior Arnoldo huic meo stipendum pollicitus, ipsi auctor fuit, ut, ruptis quibus mecum astringeretur promissis et pactis, ad se quamprimum perveniret (1). Quod ego hominis non satis ingenui factum ubi rescivi, eundem amice, per nobilem quendam Senensem, qui mihi tum operam dabat, sed frustra monui, ne indigna hac iniuria me afficeret, praesertim cum nihil ipse novi, quod festinatione indigeret, afferret; sed aliorum descriptiones imitando, errores erroribus accumularet. O indignum facinus, auctores tot impensis, tantis vigiliis et laboribus, tam longo tempore se ipsos distrahunt, ut gloriam et fructum aliquem suorum operum nanciscantur; quando nonnulli, cuius alteri potius rei, quam libris nati homunculi, nullo naturae legum fideique habita ratione hoc solum agunt, ut pro libidine sua, maximo auctorum damno, nummos accumulent, et vero etiam non raro asseuntur.

Quid multis? Arnoldus ille hominem fastidiens non multo post Romam abiit; constitueratque una cum fratre quamprimum ad me redire, ut sculptura huius mei operis omnimode a se absoluta gloriola et nomine laetaretur, sed mors consilii executionem antevenit. Alter tamen ille Jacobus, ultima demortui fratris voluntate cognita, Bononiam venit et sex illis mensibus quibus mecum fuit, sedulam et convenientem huic meo labori navavit operam, cum per valetudinem et Romae et in itinere contractam, pro debili sua complexione in hec tam incidit,

---

(1) Cfr. indietro cap. III, § 3.